Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hic est ihs nazarenus rex
iudeorum. Tunc cruci
fixi sunt cum eo duo la
trones: unus a dextris, et
unus a sinistris. Prtentes
autem blasphemabant eum; mo
uentes capita sua et di
centes, Vah qui destruit
templum dei; et in triduo
illud reedificat. Salua
temetipsum: si filius dei es
descende de cruce. Similit
et principes sacerdotum illudē
tes cum scribis et seni
oribus dicebant. Alios
saluos fecit; seipsum no
n potest saluum facere. Si rex
israel est descendat nc de cce
et credimus ei. Confidit in
deo, liberet eum nc si uult.
Dixit enim quia filius dei sum.
Idipsum autem et latrones
qui crucifixi erant cum eo
improperabant ei. A sexta
autem hora tenebre fcte sunt
super universam terram usque ad
horam nonam: et circa ho
ram nonam exclamauit ihs
uoce magna dicens. Heli
heli lema sabathani: hoc
est, Deus meus: deus meus;
ut quid dereliquisti me. Quī
dam autem illic stantes et
audientes dicebant, Helyam
uocat iste. Et continuo
currens unus ex eis acce
pta spongia impleuit
aceto et imposuit arundini
et dabat ei bibere. Ceteri uero
dicebant, Sine; uideamus
an ueniat helyas liberans
eum. Ihs autem iterum clamans;
uoce magna emisit spm.
Et ecce uelum templi
scissum est in duas partes;
a summo usque deorsum. Et
terra mota est; et monu
menta aperta sunt, et multa
corpora sanctorum qui dormie
rant surrexerunt. Et exeuntes
de monumentis post resur
rectionem eius uenerunt in
sanctam ciuitatem et appa
ruerunt multis. Centurio
autem et qui cum eo erant custo
dientes ihm; uiso terre
motu et his que fiebant
timuerunt ualde dicentes,